

appenditiis; Duosam curtem cum suis omnibus, in villa quae Fermerci dicitur mansos III et dimidium cum silva et banno et familia; Betolonis villa mansum I et aliam terram adquisitam cum silva; aecclesiam Moaldi villae cum villa et familia; Balceias V quarteria et in urbe et extra alias mansuras cum arabili terra, et vineam, quam plantavit idem Ermenfridus in terra a fratribus maioris monasterii concambio adquisita; in Ardenna alodium ab Ermenfrido adquisitum Campis nominatum cum familia, quae ei dederunt Conradus imperator et Gisela imperatrix; aecclesiam Molenivillae, quam imperator Henricus a duce Gotefrido impetratum ibidem concessit et vineam apud eandem villam cum aliis appenditiis; alodium de Rasengis cum familia, pratis, campis, silvis et duobus molendinis, quod dedit eidem aecclesiae Guota per manus mariti sui Gotefridi ducis; predium Haldonis curte cum silva a fratribus Montefalconis mutuatum de alio predio Genalt; aecclesiam de domno Petro cum alodio et familia et molendinis, quod Ermenfridus de proprio adquisivit; apud Gisindi curtem quoddam molendinum contra Adelardum canonicum per precariam adquisitum cum alodio eidem pertinente molendino; preterea aecclesiam de Elisia cum villa et familia; alodium de Stabuletis, aliud etiam de Ionvilla, quae dedit ibi Adelaidis comitissa; aecclesiam de Ramberti curte; medietatem aecclesiae de Elna cum alodio; aecclesiam de Haimonis monte dimidiam, quam ipse per precariam a Brunone clerico adquisivit; alodium de Solleio cum tribus partibus aecclesiae, et partem aecclesiarum Eremberti curte et Cusantia cum alodio; alodium de Occa, aecclesiam de villa cum alodio; apud Montiniacum duos mansos et dimidium et apud Vulsopiam partem aecclesiae per hanc nostrae auctoritatis paginam concedimus atque confirmamus, ea videlicet ratione, ut eiusdem monasterii fratres dehinc liberam habeant de supradictis omnibus potestatem, quicquid eis placuerit, ad usum aecclesiae faciendi, omnium hominum regni nostri contradictione remota. Et ut haec nostra auctoritas stabilis et inconvulsa omni permaneat evo, hoc preceptum manu propria roborantes, sigilli nostri iussimus impressione insigniri.

Signum domni Heinrici tertii (M) regis invictissimi. (L. S.)

Theodericus cancellarius vice Pardonis archicancellarii recognovi.

Data XVI. Kl. Iul. ind. VIII. anno dominicae incarnationis millesimo quadragesimo, anno autem domni Heinrici regis tertii ordinationis XIII. regni II. Actum Mettis feliciter amen.

Bibl. Nation. Collect. Moreau XXII, 245. Der Copist bemerkt dazu: 'L'original est écrit sur un parchemin, qui a un